



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

8 An ordo correctionis fraternæ assignatus à Christo domino Matth. 18 sit  
in præcepto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

domino subordinatae, & sub illius cura. Quod vero dicit Villalobos debere dominum à suo seruitio famulum expellere, si videa domi occasionem habere peccandi, laudo si faciat, obligacionem tamen non agnoscet, praeceps si domino utilis sit famulus, quia non tenetur occasionem peccatorum cum suo domino removere, & forte expulsus liberius peccabit: & ita tenet Arag. 2.2. quaf.33.art.4. ad finem.

9 Quod si de perlōnis corrigitis loquamur, omnes tam fideles, quam infideles sunt corrigiti: Nam licet infideles non fratres per gratiam, sunt tamen per naturam, & cui libet incumbit onus eorum salutem procurandi. Ita omnes Catholicici.

10 Difficulitas est de Pragatis, an sint à subditis corrigiti? Et quidem debere corrigi, si delinquent, est expressa decisio Gregorii in cap. sicut 2. quaf.7. ibi sicut laudabile, & discretum est reverentiam, & honorem exhibere maioribus: ita reūtudinis, & Dei timoris est, & quæ in eis sunt, que indigent correctione nulla dissimilatio postponere: cum & proximi sint, & arcuīs teneantur eos diligere. Advertendum tamen est hanc correctionem faciendam esse cum magna prudenter, & humilitate, & potius obsecrando, quam incepando. Alias nullius effectus erit. Itenque secretò, & non publicè; ex decreto Innocentij III. ex cap. cùm ex iniunctu, de hereticis & facit ad id cap. sententia, cap. qualis. 1. quaf.7. Quod intelligi debet, nisi peccata sint scandala, & publica: tunc enim publicè argui debent, etiam si nulla expectetur emendatio. Deinde captati debent tempora, quibus eriduntur magis esse dispositi & generaliter in hac correctione summa prudenter opus est: & in his Doctores conuecient cum D. Th. 2.2. quaf.33.art.4. Valent. ibi disput. 3. quaf.10. part. 4. Bannes & Caecanus ibi Torres disput. 89. dub. 1. Lorca disput. 43. Egidius de Coninch. disput. 28. dub. 4. art. ....num. 52.

## P V N C T V M VIII.

An ordo correctionis fraternæ assignatus à Christo  
Domino, Matth. 28. fit in precepto?

1. Quis sit ordo correctionis à Christo constitutus.
2. Ad quem finem est instituto resum.
3. Seruandus est hic ordo, quando adiunt aliqua circumspectio.
4. In hoc ordine non constituit Christus novum preceptum, sed preceptum naturale correctionis declarauit.
5. Satisfi quibusdam obiectiōnibus.

1. O rdo correctionis constituit primò, vt peccantem admoneat secretò, & absque vlo teste, iuxta illud, si peccaverit in te id est, te sciente, corripi inter te ipsum salam. Quod si te non audierit induces testes, unum, vel duos si illos non audiunt, dices Ecclesiæ: si Ecclesiam non audi, sit tibi sicut ethnica, & publicanus.

2. Testes inducis, vt te adiuent in correctione delinqentis, forè enim peccator est te contempserit, testes reuerberabit. Quapropter solū sunt inducendi, quando certò ex eorum inductione speretur vilitas delinqentis, vt bene aduerterit Lorca 2.2. quaf.33.art.8. disp.46. num.20. Quod si delictum testibus est notum, aut rali nature, vt possit Praelato denunciare, inducis testes, vt testificent te, testificis officio, & obligationi corrigendi secretò, ne postea ob non præmissam correctionem à denunciatione facienda repellaris, iuxta cap. cùm dilectus, de accusationibus & tradit Chrysostomus hom.61. in Matth. & ex Hieron. & August. Valent. disp.3. quaf.10. part. 5. 6. posse enim, pag. 683. Nunquam tamen inducuntur, vt testes in iudicio possint esse, quia hoc est extra finem correctionis fraternæ, & datetur occasio proximo negandi delictum, neque admittendi correctionem, si intelligere testes in iudicio contra illum esse depositi. Quare cùm Christus dicit, vt in ore duorum, vel trium sit omne verbum, id dixit, quia in ore duorum, vel trium facilius persuaderbit cor�pus id quod agit & malum esse, & emendatione dignum. Fata inductione testum, si adhuc delinqentis non corrigitur, dicendum est Ecclesiæ, hoc est, Praelato, & superiori, qui nomine Ecclesiæ intelligitur, vt infra dicemus.

3. Non defuerunt Doctores, qui saltē tamquam probabile defendant supradictum ordinam non esse sub precepto seruandum, sed solū sub consilio: ita Bernardin. de Arevalo tract. de correct. fraternæ, & Salmer. tom.4. in Euangel. part. 3. tract. 11. qui varias rationes, & testimonia adducunt ad hanc probabilitatem ad struendam: tēd omnes illæ solū probant hunc ordinem non esse semper seruandum, sed debitis temporibus, & circumstantiis, quando cœlētice fecerit delictum, & per correctionem secretam sufficienter emendandum præsumunt, neque alia ratio, boni communī, aut cœlio int̄ cogit illum omittere: sic Lorca 2.2. quaf.33.art.8. disp.46. sect.3. membr. 2. art. num. 26. Torres disput. 89. dub. 2. concl. 2. c. 3. Bannes art. 8. dub. 2. concl. 4. Valent. disp.3. quaf.10. part. 5. certum est pag. 676. Villalobos tract. 4. diff. 9. Egidius de Coninch. disp. 28. dub. 8. num. 138. Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 7. & num. 10.

4. Quare pro certo tenendum est cum supradictis Doctori-

bus, & aliis pluribus, quos ipsi referunt, Christum Dominum in supradicto loco Matth. & tradidisse preceptum correctionis, & declaratis modum, quo debet fieri. Non quia nonum aliqd preceptum tulerit, quod ex ipsa lege natura nostra oriatur, sed quia preceptum à lege natura obliterū traditum clariss. explicit, ipsa enim natura dictat corrigeendum esse proximum cum minori domino fame, & honoris, quo fieri posse, ac proinde si absque delictum inductione corrigit potest, ipsa natura dicta, vt corrigitur, & si solū vnicus testis sufficit, vt quid duo sunt adducendi, & si iis adductis emendatur, quare Ecclesiæ denuntiandus est. Est ergo hie ordo in precepto. Et ita definitum videtur ab Innocentio III. in capit. Nonit. de iudic. & cap. cùm ex iniunctu de heretico, & ab Alexandro III. in capit. licet Heli, de monia.

5. Neque obstat verba Christi non videri generalia, cum solū de peccatis, que sunt iniuriæ correctioni loqui videantur, in quibus secreta correctionis vix habet locum, sed illa omisla potest ad denuntiacionem procedi. Non inquam, obstat, nam elo de solis illis peccatis exp̄s se loquatur Christus Dominus ex communī sensu Ecclesiæ ad omnia alia peccata, que proximus committit te sciente, extenduntur: sicut Matth. 25. Operibus tantum misericordia promittit vita æterna, & tamen inde inferunt omnes Patres de reliquo bonis operibus idem esse dicendum: quia etiā aqua, vel efficacior ratio ita in presenti. Si enim in iniuriis propriis, in quibus expeti potest iudicari satisfactionis potest aliquando, & debet iniuriatus corrige delinqentem, vt tradi. D. Thom. 2.2. quaf.33. art. 7. in corp. & Bannes art. 6. dub. 1. §. deinde probatur. Torres disp. 89. circa fin. à fortiori in peccatis alii potest, & debet hanc correctionem apponere. Præterea illud in te, non debet explicari contra te, vt communite lona, quaf. tibi aliquam speciem iniuriam inutiliter, sed, vt explicat Lyra, Glosa, Hugo Cardinalis, & Augustinus sermon. 16. de verba Domini, id, coram te, te scientie; qui enim te scientie peccat, quasi te contemnit, ac proinde te in peccata, seu contra te, vel dici potest ut te peccare, quatenus te ad peccatum incitat, & suo malo exemplo mouet ad peccandum: sic ex Augusto, Anselmo, Chrysostomo, & aliis explicat Lorca disp. 46. membr. 1. num. 11. & optimus Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. c. 7. annos. 12.

## P V N C T V M IX.

An renuntiari possit ab aliquo, vt secum hic ordo  
seruetur, quando alias ex precepto diuino  
seruandus erat.

1. Negariè aliqui respondent. & quibus probent.
2. Pro certo tenendum est Sociis renuntiari posse.
3. Satis rationibus contrariis.
4. Nemini licitum est impugnare quelibet quasitio colore hanc iuris cōfessiōnem.
5. Propositor quadam obiectio, an ex cōfessione iuris manifistari possit delicta superiori, qua alias ex charitate manifestari non poterant.
6. Satis si prædicta obiectio.
7. Religioſi Societas Iesu cedunt iuri in ordine ad correctionem fraternam non iudicalem.

1. P hilippinus de officio Sacerdotia tom. 1. part. 1. lib. 4. cap. 14. statim in princip. & Lorca 2.2. question. 33. art. 8. disput. 47. numer. 13. acriter defendit hoc ius renuntiari non posse, primò. Nam cito quilibet dominus sit propriæ famæ, ac proinde ob amicum honestum finem pati posset in illa detinendat. At præceptum diuinum de ordine in correctione seruando non loīum attendit famam proximi, vt quā minus fieri possit ledatur, sed præcipue attendit bonus ipsius correctionis, vt melius, & congruentius fiat, & pacem, & quietem communiatum, & euratiōnem rixarum, & aliorum defectuum, que ex manifestatione occulitorum oriri possunt: cui iuri non videat posse cedere quilibet priuatus. Secundò cap. Praelatus erit minus aptus ad corrigitendum alio particuliari; tum quia gratis non est delinqentis, tum ob eius imperitiam, & forte prauum pfectum. Ergo in tali casu non est licitum priuata cōfessione vitii ad denuntiacionem inutilem deuenire. Ergo in hoc casu non porci subditus renuntiari iuri quod haberet de lete si monitorie facienda; aliis effet renuntiatio prodiga famæ, & pernicioſa. Cum autem in quilibet religione plures esse possint Praelati inefficationes in corrigitendis seceris aliquorum culpis, quam alii particulares, effici videtur non posse generatim hoc ius renuntiari.

2. Nihilominus certa sententia est posse quemlibet, & totam aliquam communiatem ( vt facit sanctissima religio Societas Iesu ) renuntiari iuri, quod haberet, vt libi peccata secreti corrigantr, antequam ad Praelatum deferantur, ipse deferens nullius culpa reus sit, etiam si correctionem non præmisit: ita docuit: Thomas Sanchez lib. 6. summ. cap. 18. Valentia 2.2. diff. 3. quaf. 10. part. 5. pag. 678. §. quintus casus. Torres de charitate, questione 33. articulo 7. disputatione 89. dubio 4. circa finem Suarez diff. 8.